

Senatum illius protectorem negare, clarè demonstrabimus.

Tam quoniam ad hoc ut possit ab Ordinario recedi, & superior tibi adiri in prima instantia; debet concurrere consensus tam partium, quam Ordinarij ipsius, ita ut cuiuslibet consensus solus non sufficiat, nec aliquid operetur, quominus illa, & intacta remaneat dispositio Concilii Tridentini, quod pluries declarasse Sanctam Congregationem Cardinalium, abundè deduximus in cap. 3. §. vnic. supra hac part. 2. & alibi passim: ergo sola voluntas, & consensus Ordinarij non potest facere, quod esset Trident. dispositio, nec per consequens Senatus remissio ad eundem.

Tunc etiam de iure communi probatur: etenim Index tibi Ordinarius non potest, nec facultatem habet solo verbo à se abdicare iurisdictionem Ordinariam, quam de necessitate tanquam minister necessarius tenetur exercere, & ministrare subditis in suo districtu, text. est in l. legatus ff. de officio Proconsulis, ibi: Legatus Cesaris, id est Praeses vel Corrector provinciae abdicando se non amittit imperium, plures ad idem (licet obiter) citauimus in tractatu de Regia protectione. 3. part. cap. 18. num. 41. Nam ex quo dicitur

14 dinarius, censetur tibi Index necessarius, voluntarie abstinere se à causa cognitione non potest, ita scribentes omnes in cap. quoniam contra, de probationibus, Burfatus in cons. 199. num. 8. lib. 2. Bartolus in l. numerum, §. iudicandi, ff. de numeribus, & honoribus, Innocent. in cap. suscitata, de rescriptis, Decius cons. 113. num. 2. & 24. idem Decius in cap. intimasti, num. 5. de appellationibus, Felinus in cap. pastoralis, num. 5. post glossam in verb. Exonerare de Officio Delegati, Abb. Panormitanus in cap. ex literis, de officio Delegati, idem Felinus in cap. cum ex officio, de praescriptionibus, Acasius Anton. de Ripoll. variar. resolutione, cap. 2. de recusatione, à num. 7. cum seqq. ubi etiam articulum tractat.

15 Idem etiam tenet tibi Caldas Pereira de empione, & venditione, cap. 3. à num. 12. ibi: Hinc etiam resoluitur, verum esse quod scribit glossa singularis in cap. ex literis, de officio Delegati, asserens processum esse nullum, quem Ordinarius tanquam Delegatus agitavit, cum delegatus non esset, etiam ut Ordinarius potuisset procedere, quod Panormitan. ibidem censuit, causari ex defectu voluntis iudicantis, qui se adstrinxit ad delegatam iurisdictionem, Ordinarium repudians, ut dicto cap. ex parte Alienensis, & dict. cap. cum super. Nec urget quod

16 dinarius non potest à se abdicare tibi iurisdictionem Ordinarium, ut in l. Legatus, ff. de officio Proconsulis; quoniam etiam hoc casu non abdicavit sed potius noluit procedere ut Index Ordinarius, quod potuit facere, ut in l. sed & si seruum, §. fin. cum lege sequenti, ff. de arbitris, ita respondit Ioannes de Lignano de censura Ecclesiastica, quem sequitur Felinus in c. cum ex officio, de praescriptionibus, &c.

Cui doctrina consonans est & alia, quam retulimus tibi sup. hoc cap. 5. num. 5. Quod Ordinarius non potest subdicere Clericam renitentem, & sic inuitum alteri Iudici ex Narbona, Pialesquo, & aliis per istos relatis.

17 Igitur cum Ordinarius de iure communi non possit sua sponte & voluntarie tibi à se abdicare iurisdictionem, & eius exercitium, nec cogni-

tionem causae se exonerare, nec remittere alteri. Imò nouiori iure Tridentini, iuxta declarationes Cardinalium non possit ipse solus à se abdicare iurisdictionem causae in prima instantia, sed requiratur praesens, quod concurrat etiam voluntas, & consensus partium (in quorum simul uocem dispositio Tridentini in dict. cap. causa omnes, emanauit, prout abundè probauimus sup. hac 2. part. cap. 3. §. vnic.) sequitur quod nec in superiorem fuit per remissionem huiusmodi voluntariam translata iurisdictione, quae dumtaxat in prima instantia pertinet radicibus ad Ordinarium, iuxta ea quae copiosè dicta fuerunt in dict. cap. 3. per totum, & in dict. §. vnic, ita ut aliis omnibus sit verita, ut pluries in discursu huius 2. part. nec abito fuit euulsa, ut expressè probat text. in dict. l. Legatus ff. de officio Proconsulis, ibi: Abdicando se non amittit imperium.

Igitur si iurisdictionem remissam non amittit inferior Ordinarius tibi per huiusmodi abdicacionem informem & prohibitam, sequitur manifestè, quod nec in superiorem potuit transferri, iuxta text. in cap. fin. de prohibita fendi alienatione, per Lotharium, ibi: Faudum non ob hoc amittat, iuncto text. in cap. Imperialem, §. praeterea, de prohibita fendi alienatione, per Federicum, ibi: Transactio hoc spatio fandum amittit, & fandum ad dominum redat.

Hec namque conuertuntur, tibi quoniam quando ius translatum in alium, isti ex aliqua legis prohibitionem non queritur, remanet penes transferentem, l. cum quis, §. 1. ff. de saluacionibus, l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirenda possessio, text. capitalis in l. nec uisile, ff. ex quibus causis maiores, quem latius exornant Antonius Gomez in l. 45. Tauri, num. 54. Augustinus Barbosa de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 39. §. 3. à num. 40. & seqq. & ita argumentantur Paulus Paris. in cons. 114. à num. 7. vol. 4. Flamin. Paris. de resignatione, beneficij lib. 2. quest. 9. num. 20. Nicol. Garcia de beneficiis, 11. part. cap. 4. num. 33. Quae quidem doctrina genericè in tibi quacumque materia procedere dicunt Doctores ipsi, & Paulus Castrensis in l. si ego, num. 7. ff. de negotiis gestis, ubi Bartolus num. 24. in fin. Aretin. num. 28. & 29. Lasson. num. 79. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de uerbis. obligationibus, Crema, singulari. 113. ubi copiosa additio. Corbulus de iure emptyeatico, tit. de causis priuatis, ob reuocationem, num. 6. Caualecanus de usufructu mulieri relicto, num. 67. Mandez ad l. cum oporteat, num. 119. in fin. Cod. de bonis quae liberis, Castillo de usufructu, cap. 1. rub. 69. num. 4. Montier decis. 46. num. 7. Matius Giurba decis. 63. num. 4.

Quapropter pars, quae damnum tibi sentit ex hac inefficaci & iniqua contrarietate dispositionis Concilij Tridentini, remissione; poterit uti recursum ad Regem, ut causa iterum remittatur suo Ordinario, quemadmodum regulariter potest pars (in cuius damnum, & praedictum Index quilibet abdicat à se iurisdictionem minus rectè) licetè contradicere, & impugnare, cuius contradictione mediante iterum & ipse Index potest recuperare, & reassumere tibi iurisdictionem semel à se minus legitime abdicatam: prout copiosè probauimus in commentariis de Regia protectione, 3. part. cap. 18. à n. 21. cum multis seqq. quo te remitto libenter, quae hic non repetit.

Hec

Hec tamen nostra resolutio tunc procedit, & locum habebit, tibi quando (prout semper suppositum) ipse Index Ordinarius voluntarie sua sponte hanc remissionem fecerit, & se exonerauerit à causa cognitione coram eo propositae in prima instantia proprio motu & nemine ritè instante. At si suspicio à parte allegatur, & ea deducta Iudex illam tibi conuincatur esse veram, valebit talis confessio, Iudici respondere licet, quando pars ipsa recusans petit Iudicem declarare super veritate causae recusationis propositae, ex glossa fin. in cap. nouis de appellatione, nisi inter iudicem & partem opponentem causam suspensionis detegatur aliqua collatio, tibi quae conuictus, seu probationibus pateat, ex iis quae congerit Menochius de praesumptis, lib. 5. praesumpt. 26. per totam, maxime num. 4. hanc limitationem, & declarationem ad nostram principalem resolutionem annotauit expressè Ripoll. variar. resolut. cap. 2. de recusatione, à num. 11. ex qua deducitur, quod mediante recusatione proposita, & probata per confessionem Iudicis Ordinarij, poterit legitime, & ex iuris dispositione causam remittere ad Superiorem in prima instantia per hanc cognoscendam ex Iudibus & Doctores adductis hoc cap. 5. §. 1. à princip.

Quibus sic suppositis non obstant in contrarium adducta, non primum de effectibus abdicatae iurisdictionis, quos omnes in argumentis deductis pleno ore fatemur; negamus tamen, quod illam possit facere Ordinarius sua sponte, & iusta causa (quae aliàs de iure ab aliquo ex litigatoribus potest proponi) deficiente, & non accedente.

Nec obstat secundum, quod pariter fatemur, Concil. Trident. non fuisse illi legitimos modos tibi à iure aliàs inductos recedendi ab Ordinario in prima instantia: negamus tamen consequentiam, quod ista remissio voluntaria facta per Ordinarium sit modus legitimus, & approbatus à iure, cum imò tali remissioni & abdicacioni in prima instantia ius ipsum resistat, ut probat dict. l. Legatus, ff. de officio Proconsulis, & Doctorem communis obseruantiam in eius exortationem superius laudata, & amplexa.

Nec obstant exemplaria de appellatione, & recusatione, quia isti modi tibi regulariter sunt legitimi, & approbati à iure, per quos tollitur iurisdictione ab Ordinario, ut probauimus in §. 1. & §. 2. huius cap. 5. At remissioni voluntariae ex motu proprio Ordinarij factae resistit ius in radice, & sua origine, ita ut nullo modo habere possit statum aliquem operandi effectum suspensionum, quanto magis abdicacionum iurisdictionis ab Ordinario, se sponte exonerante à cognitione causae, imò potius eam non fiat legitimo modo, hoc est de consensu partium, nec adquisita fuit tibi iurisdictione Iudici superiori, nec per consequens abdicata fuit ab Ordinario, illa transferre uolentes; sed apud eundem semper remansit, quo quidem verificatur in totum dispositio Concilij Tridentini supponentis habilitatem, & capacitatem in Ordinario ad cognoscendam de causa in prima instantia, sibi praeseruaata.

Veluti & de ipsa appellatione, & recusatione (à quibus tibi in argumento comparatio sumitur de effectu abdicacionis iurisdictionis ad remissionem huiusmodi) pariter dicendum erit, nam si ipse proponatur in casu à iure prohibito, & non admisso, clarè patet, quod nec operabuntur

effectum abdicacionum ab Ordinario, nec cessabit Concilij dispositio, sicuti contingit in hac specie remissionis voluntariae in prima instantia (de qua loquimur) quae cum fiat in casu prohibito, similiter eidem denegatur effectus abdicacionis. Et hinc retorquetur argumentum, ut imò ab eo, & ab equiparatione horum casuum iis terminis retentis confirmationem summam nostrae resolutioni. Ut secus sit quando in utriusque casibus legitime tibi permittitur fiat tam recusatario, quam remissio iuxta superius dicta, nam tunc utraque operabit abdicacionem ab inferiore Ordinario, deuoluens & transfundens iurisdictionem in Superiorem, & cessabit Tridentini dispositio, cum in Ordinario carente iurisdictione, vel aliter sublata verificari non potest. Ex quibus quidem solutionibus facile deduces, satisfactionem iuridicam aliis doctrinis ultimo loco consideratis pro contraria parte, quae omnes ad idem tendunt ad quod priores, quae pariter euincuntur, & eodem modo absoluantur.

CAPVT VI.

Protectio Sacri Concilij Tridentini à Rege penitus deneganda his in casibus ab eodem Concilio specialiter exceptis, ubi etiam quales isti sint. Praesertim circa formam subscriptionis propria manu Sanctissimi, & de eius speciali natura, & efficacia. Et an eius omisso commissio, & inde sequuta, cunctaque deriuatiua uiuet.

S V M M A R I V M.

Regula vniuersalis cap. causa omnes, nonnullis modis limitata in eodem reperitur, ex quibus licetè percutitur prima instantia Ordinarij, & cessat Regis protectio, num. 1.

Licet si coram Ordinario non finiatur infra biennium, liberè potest pars Superiorem adire, qui auocat, & inhibet Ordinario, num. 2.

Superior aditus ob negligentiam Ordinarij non terminantis causam infra biennium causam assumit eodem statu, non aliam incipit de nouo, n. 3. Instantiam iure Canonico perire non deducitur ex cap. causa omnes, num. 4.

Professionis causam nullatenus intra biennium terminandam declarat S. Congregatio, n. 5.

Commissio potest impetrari alteri ob negligentiam Ordinarij non terminantis infra biennium, dummodo antea de eius negligentia doceatur, n. 6.

Si ob grauitatem causae, aut ob cauillationes, & subterfugia partium, non ex culpa Ordinarij sic dilata fuit ultra biennium, ab eo nequit causa auocari, ibidem.

Declaratio Sancti Congregat. quod si per Iudicem non stetit, partes Superiorem adire nequeant in prima instantia, refertur, ibidem.

Termini assignati ad causam terminandam cursus non officii Iudicis ulterius prosequenti, si ob subterfugia partium labatur, num. 7.

A Iudice tamen erit probandum, non sua culpa lapsum termini contigisse, ibid.

Negligentia Iudicis in lapsu biennij ut appareat, sentitur

tenetur pars pluries protestari coram eis, ut causam terminet, num. 8.

Avocatio causæ ab Ordinario ob negligentiam suam fieri nequit, nisi prius de ea doceatur, & prius debet requiri, num. 9.

Nuntij, & Legati non possunt se intrinsece in causis coram Ordinario pendentibus, nisi constet de negligentia eiusdem, ex Trident. ibid.

Requisitio, & protestatio coram antecessore Iudicis pro expeditione causæ, an constituat successorem in negligentia remissivæ, num. 10.

Transactio biennio etiam ob negligentiam Iudicis potest ferri sententiam, re tamen integrâ, ante recursum ad Superiorem, num. 11.

Avocatio, aut inhibitiõ nequit fieri per Superiorem, nec appellatiõis receptio in primâ instantia, nisi à diffinitiva, vel diffinitiva vim habentibus, &c. num. 12.

Causa que de iure per Sedem Apostolicam sunt tractanda non percutiunt primam instantiam Ordinarj, nec habet locum recursus proteccionis Regiæ, num. 13.

Et quales hæ sint causæ ibidem remissivæ.

Quarta exceptio Concilij (& frequentior, maximæque reverentia per Senatum amplexa) vertit circa subscriptionem propriæ manus Sanctissimi requisitam in commissionibus avocatoriis in prima instantia, à num. 14 & sequentibus.

Sedes Apostolica est fons, & origo totius iurisdictionis spiritalis, & Ecclesiastica, & concurrunt cum Ordinariis, & avocatur ad libitum causas ab illis in prima instantia, num. 15.

Avocatio ab Ordinario sine argenti causa magnum affert detrimentum litigantibus, & vertit in dedecus inferioris, ibidem.

Novam formam induxit Tridentin. duo specialia continentem contra styllum Romanæ Curie, ne facile cum tanto partium, & Ordinarj dispendio, ex partium, aut Curialium suggestionibus causæ avocentur in prima instantia, num. 16.

Primum, ut nisi ex argenti, rationabilique causa reservata iudicio, & arbitrio solius Pape, commissiones avocatoriæ in prima instantia non expediantur, ibid. & num. 17.

Forma cum hoc sit Principis personalissima, ab eius persona non receditur, ibid.

Secundum conventum in forma Concilij est subscriptio propriæ manus Sanctissimi, ita ut non sufficiat per signaturam gratiæ, aut iustitiæ huius commissiones in prima instantia expediri, n. 18.

In signatura gratiæ, & signatura iustitiæ potentissimi Tribunalibus, quæ causæ expediuntur, ibidem.

Forma nova, & irregularis contra styllum fuit induta à Tridentino in commissionibus avocatoriis in prima instantia expediendis, nempe subscriptio propriæ manus Sanctissimi, num. 19.

Commissiones avocatoriæ, non nisi ex argenti rationabilique causa arbitrio Pape reservata valide expediuntur, num. 20.

Subscriptionem propriæ manus Sanctissimi in commissionibus à Tridentino requisitam esse formam, expressè dixit Motus proprius Gregorij XII. num. 21.

Forma dicitur ad actum quando eam sic vocat, ibidem.

Subscriptionem propriæ manus cum noviter appetat Tridentin. in commissionibus, primâ instantia ultra ius commune, formam substantialem inducere intelligitur, num. 22.

Lex quando aliquid de novo disponit cum certis modificationibus, censetur formam inducere, num. 23.

Statutum providens aliter, quam ius commune cum certis modificationibus quidquid in eo exprimitur habetur pro forma, num. 24.

Quando lex introducit novum aliquem probandi modum cum certis variatibus, & modificationibus formam inducere censetur, ibidem.

Subscriptio petita à iure est forma ita ut aliter actus sine ea fidem nullam faciat, num. 25.

Manu propria, voce, aut persona qui aliquid facere tenetur nequit illud per alium explicare, num. 26.

Subscriptio manu propria à iure in actu requisita nequit per aquipollens, aut actum fictum, sed verum fieri, num. 27.

Subscriptio manu propria Sanctissimi requiritur pro forma ex Trident. in commissionibus primâ instantia, num. 28.

Subscriptio manu propria ubi requiritur an sufficiat scriptio manu propria, num. 29.

Subscriptio ubi requiritur ad evitandum prauidicium tertij, & ad eius favorem, non sufficit scriptio propria manu, num. 30.

Constitutio Iustinian. 151. adducitur in concordantia, cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformatione, num. 31.

Defectus formæ subscriptionis propriæ manus vitiat commissionem in prima instantia, n. 32.

Nec hæc forma potest per aquipollens adimpleri, num. 33.

Subscriptionem formam dum postulat Tridentin. non consideravit effectum, sed damnum & inconueniens in principio existens avocatoriis in prima instantia, num. 34.

Forma continet solemnitatem, ibidem.

Solemnitas requisita à lege forma dicitur, ibid.

Forma nihil addi vel detrahi potest, ibidem.

Subscriptionis defectus vitiat ipso iure non tantum commissionem, sed & cuncta inde derivativa, ibidem.

Commissio subscripta postmodum ex aliquo accidenti resoluta vitiat inde processum, ibid.

In avocatoriis argenti causa reservata arbitrio Pape ab alio nequit examinari, nec se intrinsece, num. 35.

Actus personæ iustissimi requisitus pro forma à iure nequit per alium fieri, quantumvis habentem vices, & auctoritatem Sedis Apostolicæ, ut in Legato de latere, num. 36.

Personalitatem si denotet natura verbi in dispositione positi non egreditur personam, num. 37.

Nomen proprium non est alteri communicabile, num. 38.

Subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse actum respicientem personalitatem, in qua verus scribendi actus attenditur, non representativum, num. 39.

Papa quando organo vocis sue loquitur, tanquam prima persona loqui videtur, quia per se scribere, & loqui sunt actus personalitatem denotantes, num. 40.

Manu propria quando subscribit Papa supplicationem, ideo nomen suum proprium apponit, quia actum privati hominis, & industriam personalem denotantem facit, num. 41.

Rex Catholicus acerrimus Tridentini prorektor non patitur litteras contra formam inseparabilem à persona Pape expeditas in prima instantia exequi,

exequi, sed vel retinet, vel tradit parti, ut illis coram Ordinario utatur iuxta distinctionem ibid. num. 42.

Commissiones contra formam Tridentin. non ita facile in Romana Curia expediuntur propter hunc proteccionis recursum, & Monarchiam utriusque Sicilia, num. 43.

Subscriptio petita à iure est forma ita ut aliter actus sine ea fidem nullam faciat, num. 25.

Manu propria, voce, aut persona qui aliquid facere tenetur nequit illud per alium explicare, num. 26.

Subscriptio manu propria à iure in actu requisita nequit per aquipollens, aut actum fictum, sed verum fieri, num. 27.

Subscriptio manu propria Sanctissimi requiritur pro forma ex Trident. in commissionibus primâ instantia, num. 28.

Subscriptio manu propria ubi requiritur an sufficiat scriptio manu propria, num. 29.

Subscriptio ubi requiritur ad evitandum prauidicium tertij, & ad eius favorem, non sufficit scriptio propria manu, num. 30.

Constitutio Iustinian. 151. adducitur in concordantia, cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformatione, num. 31.

Defectus formæ subscriptionis propriæ manus vitiat commissionem in prima instantia, n. 32.

Nec hæc forma potest per aquipollens adimpleri, num. 33.

Subscriptionem formam dum postulat Tridentin. non consideravit effectum, sed damnum & inconueniens in principio existens avocatoriis in prima instantia, num. 34.

Forma continet solemnitatem, ibidem.

Solemnitas requisita à lege forma dicitur, ibid.

Forma nihil addi vel detrahi potest, ibidem.

Subscriptionis defectus vitiat ipso iure non tantum commissionem, sed & cuncta inde derivativa, ibidem.

Commissio subscripta postmodum ex aliquo accidenti resoluta vitiat inde processum, ibid.

In avocatoriis argenti causa reservata arbitrio Pape ab alio nequit examinari, nec se intrinsece, num. 35.

Actus personæ iustissimi requisitus pro forma à iure nequit per alium fieri, quantumvis habentem vices, & auctoritatem Sedis Apostolicæ, ut in Legato de latere, num. 36.

Personalitatem si denotet natura verbi in dispositione positi non egreditur personam, num. 37.

Nomen proprium non est alteri communicabile, num. 38.

Subscriptionem propriæ manus Sanctissimi esse actum respicientem personalitatem, in qua verus scribendi actus attenditur, non representativum, num. 39.

Papa quando organo vocis sue loquitur, tanquam prima persona loqui videtur, quia per se scribere, & loqui sunt actus personalitatem denotantes, num. 40.

Manu propria quando subscribit Papa supplicationem, ideo nomen suum proprium apponit, quia actum privati hominis, & industriam personalem denotantem facit, num. 41.

Rex Catholicus acerrimus Tridentini prorektor non patitur litteras contra formam inseparabilem à persona Pape expeditas in prima instantia exequi,



N SACRO Concilio Trident. sess. 24. de reformatione, cap. 20. post regulam vniuersalem, & nempe, causas ad formam Ecclesiasticam quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint in prima instantia coram Ordinario locorum duntaxat cognoscantur. Nonnullæ promittunt exceptiones scriptæ reperiuntur (quas omnes & singulas in cap. præferti accuratè prosequuntur) quibus regula vniuersalis præcedens omnino limitatur, in quibus per consequens indubité cessare Regis proteccionem certissimum est, veluti huius Supremi Senatus notissima praxis oblerat.

Primum igitur limitationem ¶ ad principium eiusdem decreti ita legimus: *Atque omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminentur. Alioquin post id spæcium liberum sit partibus, vel alteri illarum, Iudices Superiores alias tamen competentes adire: qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum terminari curent, nec antea aliis committantur, nec auocentur.*

Cuius decreti fundamentalem rationem, si querimus, apertè reperiemus apud Innocentium III. Pontificem Maximum, de miseria conditionis humane, lib. 2. cap. 5. in illis verbis: *Sepe iustitiam tantum differit, quod litigantibus plus quam totum auferret: quia maior est sumptus expensa, quam fructus sententiæ.*

Si itaque causa que coram Ordinariis ventiletur, infra biennium à die motæ litis numerandum terminatè ¶ non procuret, tunc in penam negligentia commissa, eis omissis, superior adiri rectè poterit, atque fauorem inductum à decreto Tridentin. amittunt, non ut Superior incipiat denud alium processum; sed ius eodem statu alii impetum prosequatur: ex hoc tamen decreto nullatenus deduct potest (propter contrarium aliqui putant) instantiam ¶ iure Canonico perire; pro ut abundè diximus, & necuõs probauimus in tractatu de Regia proteccione 4. cap. 2. à num. 63. cum seqq. & à num. 15. quibus adde nouiter Narbonam in l. 59. gloss. 1. à num. 73. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopilation.

Hanc Tridentinam principalem limitationem, de qua num. 2. exortant Narbona ubi proximè à num. 71. & sequentibus, & à num. 86. & à n. 100.

Angustinus Barbosa de potestate Episcop. tom. 2. allegat. 81. num. 8. & 9. Almendarez in addit. ad Recopilat. leg. Nauarra. tit. 18. l. 7. de Religion. in declarat. num. 40. lib. 2. Ioannes Matia Nouarius in noui iuris Pontific. practic. conclus. cap. de causis primæ instantiæ, conclus. 2. alias 35. num. 21. Aloysius Riccius in decis. Curie Archiepiscopalis, 4. decis. 273. num. 5. & 6.

Qui omnes (denatio Narbona) id ¶ extendunt etiam ad causam nullitatis professionis, quam adhuc infra biennij terminum ab Ordinario esse expediendam. Sicque decilam fuisse per sacram Illustrissimorum Cardinalium Congregationem, affirmat Almendarez loco modò citato.

Pro qua limitatione illud erit notandum, quod si infra ¶ illud terminum causa non expeditur; potest impetrari auocatoria, ad cuius tamen concessionem opus est, vt antea constet de negligentia Iudicis Ordinarij, ita vt per hunc, non alium stet, nolle, vel non curare causam infra biennium assignatum expeditam fore, ita quod ex sua causa, & opera defectus & culpa appareat. Etenim si ex ipsius Ordinarij parte minimè steterit, quominus intra assignatum tempus à Concilio causa deferretur terminari, sed ob causæ grauitatem, aut qualitate, aut partium caualitates & subterfugia fuerit dilata; minimè amittit primam instantiam, & fauorem Concilij Tridentin. ex vniuersali regula inductum, vt probat Marquesanus de commissionibus, part. 2. §. 4. num. 54. Leo in Thesoro fori Ecclesiastic. cap. 1. num. 72. part. 2. Aloysius Riccius in practica Aurea resolut. 334. à princip. & in decis. Curie Archiepiscopalis Neapolitan. decis. 153. part. 4. Qui duo testantur, ita fuisse decilam à Sancta Congregatione Cardinalium, quos sequuntur Barbosa in pastorali, tom. 2. allegat. 81. sub num. 9. Ioannes Matia Nouarius in noui iuris Pontific. practic. conclus. 1. de causis primæ instantiæ, conclus. 2. alias 55. num. 3. & 4. & nemine horum citato idem bene probat Narbona in l. 59. gloss. 1. num. 95. tit. 4. tom. 3. lib. 2. Recopilat. qui tamen ex Marfilis, & Ioanne Galemati, refert ad litteram declarationem Cardinalium in hæc Congregatio censuit, si per Iudicem non steterit, partes alios Superiores adire non posse.

Et comprobatur, nam vbicunq; in iure cauetur, causam ¶ intra certum tempus terminandam esse; si litigantes illam per subterfugium dilulerint, non obitante temporis cursu, licitum erit eidem Iudici causam prosequi, & sententiam profertè, vt quamplurimus Doctoribus citatis, probat Iallon in l. properandum, num. 2. & 27. C. de iudicis. Maranta de ordine iudic. 5. part. à num. 3. Rolandus à Valle, qui de communi restatur consil. 82. lib. 4. Tiraquellus de retractu, tit. 1. §. 12. gloss. 2. à num. 10. & per totam Antonius Sola. in constitutionib. Sabaudi. tit. de iudic. decret. reuasar. gloss. 3. num. 5. Scaccia de appellatiõibus, quest. 15. num. 61. & num. 316. Anguianus de legibus, lib. 3. controuers. 17. n. 32. Narbona ubi proximè à num. 95. qui omnes fundantur in argumento text. in cap. venerabilis 20. de iudicis, iuncta Glossa ibi verbo, Non obstante, Abb. num. 9. Berouis num. 12. & 19. text. in cap. cum venerabilis, de exceptionibus, notabilis Glossa in l. intra utile, verb. Egressi statem, ff. de minoribus, quinquecentum, ff. de adulteris. l. 1. cum

cum ipse, ff. de executione, tutorum, l. fin. ad senem, C. de adulteris, & Narbona ibidem n. 97. & sequentibus, latius comprobatur; ab ipso iudice esse probandum lapsum termini non sua culpa, & negligentia fuisse tractatum.

Erit tamen animaduertendum, quod ad hoc ut pars non semel, sed pluries protestari apud eundem Ordinarium, ut causam terminet, neque labi patiatur biennium Concilij secundum Alexand. consil. 64. lib. 1. & consil. 64. lib. 6. Felinum in cap. licet causam de probationibus, Capicium decis. 11. ad fin. Afflictiis decis. 5. Craueta consil. 270. num. 5. Antonius Grauius in annotationibus ad cap. 5. lib. 3. praxi Octauiani vestri, verb. Dummodo, num. 7. ubi num. 88. refert Gomecium in regula de annal. possess. 76. Narbona in l. 59. glossa 1. num. 100. lib. 2. tit. 4. tom. 3. Recopilation. Pedemontan. decis. 12. num. 6. ubi de communi testatur Gramaticus voto 31. num. 3. Riccius in practica Aurea, resolut. 334. num. 1. & in decis. Curia Archiepiscopalis Neapolit. decis. 120. part. 4. Barbosa in tractatu de potestate Episcop. tom. 2. allegat. 81. num. 9. ad finem. Ioannes Maria Nouatius in noui iuris Pontific. practice, resolut. cap. de causis prime instantie. conclus. 2. alias 55. num. 4. in fin. fol. 144.

Pro quibus omnibus notanda erunt quæ Scacia de appellation. quest. 15. à num. 278. & n. 181. in hæc: Sub T. declara tercio, ut ista auocatio fieri non debeat, nisi procedente negligentia Ordinarij, & id eo debet Ordinarius fuisse prius requisitus pro expeditione cause, ut post Marchesianum resolut. & sequens sum infra quest. 17. in ampliatione, num. 55. ampliat. 16. & quod requiritur negligentia Episcopi, alias Nuncij, & Legati non possint se inuoluntate, disponit idem Concilium Tridentinum, quod ad hoc citari etiam supra lib. 1. cap. 66. sub num. 12. ubi videas, quia multa scripta de auocatione causarum propter negligentiam iudicium, & an requisitio facta coram antecessore pro expeditione causa constituat successorem in negligentia, vide Marchesian. eodem cap. 6. num. 79. vers. finem, fol. 78. & quomodo debeat fieri requisitio, & quoties, vide infra de iud. quest. 17. ampliat. 16. num. 50. & sequentibus, & an debeat fieri in actis, vide supra hac eadem quest. sub num. 181. vers. Imo, quod sistat, art. 9. &c.

Comprobatur; nam ubi permittitur aditus ad secundum iudicem ob negligentiam Primi, ille adiri non potest, nisi prius constet de negligentia illius, ut per Rotam apud Cardinal. Blancheti in Vrbanens. Parochialis 1588. & in alia decisione coram Gisso in Arcimenes. Canonicius 29. Octobris 1593. Obseruat Gratianus in disceptat. forens. cap. 91. num. 31.

Tranfacto tamen biennio, etiam ob negligentiam Ordinarij, si poterit nihilominus iudex ipse sententiam proferrere, re adhuc integra, hoc est, antea quam pars grauata utatur hoc permisso remedio, ut ad Superiorem liberè confugere queat, ut post plures Doctores bene comprobatur, & ponderat ex eisdem Trid. verbis Narbona ubi proxime num. 101.

Secunda exceptio prædictæ vniuersalis regule Concilij apparet ex eius verbis, ibi. Nec antea alius committatur, nec auocetur, nec appellationes ab eisdem interpositæ per Superiores quoscunque recipiantur, earumque commissio, aut inhibitiõ fiat, nisi à diffinitiva, vel à diffinitiva vni-

habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, in cuius comprobationem vide quæ latius deduximus supra hac 2. part. cap. 5. §. 2. à num. 1. & seqq. quia amplius non repetit.

Quarum autem ad articulum auocationis in prima instantia, quæ in hac Concilij parte annuntiat, aliter tractatur infra à num. 3. cum sequentibus, & in §. unico, Et in cæteris capitibus sequentibus huius 2. part.

Tertia exceptio legitur in eodem Tridentin. decreto & consequenti, ibi: Ab his excipiuntur causas, quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, exornat, licet obicit Barbosa in pastoral. tom. 2. allegat. 81. n. 10. Nicolaus Garcia de beneficio 6. part. cap. 3. à num. 6. Paulus Plaqueus in praxi Episcop. 2. p. cap. 4. de persona iudicis, num. 3. Nouat. in noui iuris Pontific. practice, conclus. cap. de causis prime instantie, conclus. 1. alias 54. num. 7. Leo in Thesouro fori Ecclesiastic. cap. 1. num. 73. Narbona in l. 59. gloss. 1. num. 43. & 44. & à num. 188. apud quem videbis aliquas ex his causis, quæ apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, de iure, sed latius Barbosa allegat. 50. n. 31. & seqq. ad quos te remitto.

Quarta exceptio (quæ frequenter accidit in hoc Supremo Senatu, & quæ maximè reuerentiæ practicatur, & attentè inspicitur) habetur in eodem decreto Concilij, ibi: Vel quas ex urgenti rationabili causa indicauerit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signature Sanctitatis sua manu propriâ subscribendum, committere, aut auocare.

Licit enim Sedes Apostolica sit fons & origo totius iurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ, & Summius Pontifex Dominus sit vniuersalis, ita vt cum omnibus totius Orbis Ordinariis concurret; possitque omnes causas suæ in prima, suæ in alia quavis instantia pendentes ad libitum suæ voluntatis ab illis auocare, vt notissimum est, & copiose de hac Papæ Regali tractauimus, & deduximus infra hac 2. part. cap. 3. à num. 86. cum sequentibus, tamen dignatus est Summus ipse Ecclesiæ Pastor, vrgentiis de causis motus ex dicto decreto pronidete de remedio; ne cum tanto dispendio partes extra suas prouincias, & Regna litigare cogantur, nec extrahantur, atque ne frustretur Ordinariorum iurisdictione, vt latius considerauimus hac 2. p. cap. 3. per totum, sicuti & de iure præ oculis semper habere Principes, cum ad huiusmodi auocationem ab Ordinario nec soleant, nec debeant ipsi Principes facile moueri, nisi ex magna, & vrgenti causa, atque necessitate interveniente: affert quippè Reipublicæ ingens detrimentum, & subditis litigantibus intolerabile præiudicium ac dispendium, vrgitque in contumeliam iudicis inferioris, vt post plerimos Doctores dilucidè obseruauimus in dicto capitul. 3. l. à n. 87. cum sequentibus.

Idè nouam formam vtraque commune, & Curialem stylium præstat decretum Tridentinum, induxit, ne facile ex negotiatione & suggestione litigantium, atque Curialium cause auocentur ab Ordinariis in maximum eorum iurisdictionis, & partium dispendium, & notabile præiudicium, idèoque vltra stylium Romanæ Curie, vique tunc visitatum, duo specialissima sunt hoc decreto Tridentini nouiter pro-

forma

forma, & commissionis validitate introducta: alterum quod nisi ex vrgenti rationabili causa, quam suo duntaxat iudicio, & arbitrio, & non alterius specialiter referuauit Ecclesiæ Princeps, ibi: Vel quas ex urgenti rationabili causa, indicauerit Summus Romanus Pontifex, &c. Quare cum iudicium cause, an sit legitima ad effectum auocationis expediendæ in arbitrium Papæ sit positum, illius non egredietur personam, estque forma personalissima, quæ à Principis persona nullatenus recedere potest, text. cum materia & ibi communiter Doctores in l. si quis arbitrar. ff. de verborum obligationibus, l. in fin. C. de contrahenda empirian. l. si meritis in princip. ff. de locato & conducto, exornat Cardinal. Mantica de contrahibus, lib. 2. tit. 2. à num. 24. & seqq. Et inferius vterius comprobabitur perualitas hæc in subscriptione, per alium vltra ipsummet Pontificem non faciendæ, nec admittendæ, ac defectu forme sollemnissimæ requiritæ ad probationem auocationis.

Secunda specialitas continetur ibidem; Per speciale rescriptum & signature Sanctitatis sue, manu propria subscribendum, committat; ita vt non sufficiat signatura gratiæ, aut iustitiæ, vt solum est expediti; signatura enim gratiæ, & signatura iustitiæ non sunt potissima Tribunalia Papæ: vnum, id est signatura gratiæ, ubi ipsemet Pontifex Maximus præsidet, in quo proponuntur vt plurimum res, & negotia gratiam concernentia; & alterum, hoc est signatura iustitiæ, ubi non ipse Papa sed vnus Cardinalis tanquam Præfectus præsidet, & in illo expeditur commissiones, & in illo expeditur iustitiam concernentia; vt per Stapileum in tractatu de signature iustitiæ, & Gomecium in compendio vtriusque signature, quod collocauit sub regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, post quest. 15. Et idè appellatur signatura gratiæ, & signatura iustitiæ; quia ibidem signantur, id est, subscribuntur rescripta gratiæ, & iustitiæ, vt palam est, & scripsit Rebuffus in praxi, tit. de signature gratiæ, num. 11. 12. & 17. Hieron. González in regul. 8. Chancel. gloss. 60. num. 54.

Quare in his commissionibus auocatoriis in prima instantia quædam irregularis & noua forma inducta fuit, & vltra communem stylium introducta ex nouiori dispositione Tridentini, vt non sufficiat per ipsa Tribunalia expediti, sed insuper vt commissio ipsa manu propria Sanctissimi subscribatur, vt ex eodem decreto Tridentini, notant Nicolaus Garcia de beneficio, 6. part. cap. 3. à num. 6. Plaqueus in praxi Episcopali 2. part. cap. 4. num. 3. in princip. Franciscus Leo in Thesouro fori Ecclesiastic. part. 2. cap. 1. num. 73. Riccius in praxi Archiepiscopali Neapolitan. 4. part. decis. 273. num. 7. Barbosa in tractatu de potestate Episcopi, tom. 2. allegat. 81. num. 10. Flores de Menâ practice arum quest. lib. 1. quest. 12. num. 11. Ioannes Maria Nouatius in noui iuris Pontific. practice, conclusio, cap. de causis prime instantie, conclus. 1. alias 54. num. 7. fol. 141. Narbona (nullum ex his allegans) in l. 59. à num. 195. & 204. tit. 4. lib. 2. tom. 3. Recopilation. dicentes si has commissiones, nisi ex vrgenti, rationabili causa Papæ arbitrio & iudicio referuata, fuerint subscriptæ, non valere, nec admittendas.

Et quod subscriptio propriæ manus Sanctiss.

simi requisita à Tridentini, in dict. cap. causa omnes, hęc forma, expressè dixit Gregorius XIII. in sua Bulla superius adducta in cap. 3. à num. 11. hac 2. part. propè principium, ibi: Decretis huiusmodi Concilij non contrarietur, nihilque præiudicij illis inferri, vel eorum forma in aliquo violari, &c. Et forma dicitur, quando lex sic eam vocat, Petrus Sardus consil. 122. à num. 8. & post Ruinum, & Brinum firmat Beccius in consil. 12. num. 27.

Nam cum hoc decretum requisita hæc appetat vltra ius commune pro solemnitate, substantialem formam induxisse censetur, post alios Rolandus à Valle consil. 72. num. 61. lib. 3. Virgimerius Vocatus in constitutionibus Marchis gloss. 6. num. 163. & 165. Augustinus Barbosa axiom. 100. sub num. 2.

Et quia, quando lex aliquid inducit de nouo cum cæteris modificationibus, quidquid in ea exprimitur, censetur datum pro forma, Ancharanus consil. 241. num. 6. in fine; Decius consil. 612. num. 2. & dixit singulariter Alexander consil. 82. num. 3. lib. 1. Mieres de maioratu 4. part. quest. 20. num. 197. alios citat Domin. Ioannes del Castillo controuersiar. tom. 6. capitul. 99. num. 10. Glossa recepta in Clementina 1. verbo, Inhibentes, de iure paratorum, cuius auctoritate ita iterum tenuit Ancharanus in consil. 31. vna quadam petitione; Paulus Carstren in consil. 184. num. 2. voluim. 1. optimè Felinus in cap. cum dilecti, num. 6. versicul. Nonnum signum, de rescriptis; Decius consil. 262. num. 4. & consil. 612. num. 2. Ignatius del Villar in Sylua responsorum, lib. 1. respos. 15. num. 3. dicentes; quod quando lex, vel statutum præuidet aliter, quam ius commune cum cæteris modificationibus; quidquid ibidem exprimitur, habendum esse pro forma.

Quod & in specie procedit, quia quando lex inducit & nouum aliquem probandi modum, ed quod in probatione adus aliquam certam qualitatem, aut modificationem adicit: formam inexcusabilem inducere censetur; vt post Bartrium, Tellam, Fernandez, Molliam; Puthreum, Chaqueranum, & Azebedium obseruat Castillo in tractatu de tertis, capitul. 20. num. 25. Mieres de maioratu. 4. part. quest. 20. num. 175.

Hinc est, quod quando subscriptio, vel scriptio manu propria si requiritur à iure, est forma à qua nullatenus recedendum est, ita vt altere consuetudine rescriptum nullam fidem faciat, nec valebit, text. in §. 1. institut. de empirion. & vendition. ibi: Conscripita, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta, text. in l. suo. ff. de operis publicis, ibi: Nonnum propriis titulo scribenda, &c. text. est in Liubennus 16. ibi: Manu sua, C. de eragation. militar. annonæ. lib. 12. text. optimus in l. iudemus, §. ne autem, versicul. Sin vero, ibi: Quid enim si restator inserit eum in certum locum abire, vel liberalibus studiis imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel uxorem ducere; quæ omnia restatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur inclussisse, C. de caducis tollendis, l. 2. C. de his qui veniam auri imperare.

Ex quibus iuribus communitè si deducunt Doctores, quod si qui manu propria, voce, aut persona

X

persona sua aliquid facere tenetur; non potest id per alium explicare, Martiengo in l. 1. tit. 4. glossa 16. n. 5. lib. 5. Recopil. & per dictam l. 2. ita ponderant Angelus in l. 3. ff. rem ratam haberi, Imola, Hostiensis Ioannes Andreas, Antonius, & Panormitan. in cap. cum desideres de sententia excommunicationis, Tiraquellus in l. 16. conuivialibus, verb. Consens. n. 25. §. 26. fol. mibi 398. Vbi quod ab hac forma non receditur, nec per aequipollens, nec per actum fictum, sed omnino verum fieri debet, ad quod alios allegat.

Et dispositio omnis respiciens personalitatem non verificatur in eo, qui per alium facit actum, si pro forma ab statuto sit ita dispositum, Burlatus consil. 73. num. 22. & num. 23. Bald. in l. fin. de excusat. tuto. Bolognet. in Audent. habita. num. 26. §. C. ne fil. pro patre, Ronchegali. post Imola, & alios in l. 5. num. 26. ff. de duobus reis, Carrocius de locato. 1. part. tit. de sublocatio. §. 18. num. 21. Giurba decis. 118. n. 30. Qui etiam addunt, quod vbi ad actum & expeditum personæ industria est electa; admittitur substitutus, si ita sit loci, aut regionis consuetudo, non aliter.

Atque idem subscriptio pro forma apponitur, ¹⁸ & iuxta text. in l. emptor. §. Luitus ff. de pactis, Arcetius mirabiliter in l. si ita stipulatus, Cryfogonus, num. 11. versic. Ad illum ff. de verbor. Bionus in tractatu de forma, versicul. Predicta procederent, & alij relati per Antonium Gabriellem, tit. de presumptionibus, conclus. 3. num. 32. Iaffon. in l. cum antiquitas, §. fin. per text. ibi, C. de testamentis, num. 12. Decius in l. hac conclusissima, num. 9. C. eodem tit. Menochius de presumptionibus, lib. 3. presumpcion. 66. num. 14. Hieronymus González in Regula 8. de alternatiuis, glossa 60. a num. 1. & a num. 31. & a num. 37. Rota per Puteum decisio. 225. num. 2. & 3. lib. 1. & facit dicta Regula 8. ibi: *Manu propria subscribitur.* Qui Doctores etiam tractant, an vbi requiritur & subscriptio propria manu, sufficiat scriptura sola propria manu, & concludunt sufficere, ex rationibus & fundamentis consideratis ab eodem González in dicta glossa 60. a num. 31. & sequentibus. Provt in casu de quo agimus sufficere, dicendum erat, scripturam anotationis ab Ordinariis propria manu Sanctissimi scripturam esse, quod impossibile videtur casus existentia.

Et enim forma continet solemnitatem actus, vt probant Doctores. Felinus in cap. cum dilecta, n. 26. vers. Quoniam, de rescriptis. Zephalus consil. 172. num. 11. tom. 2. Valençuela Velasquez consil. 177. num. 60. tom. 2. Ioannes Franciscus de Ponte consil. 75. lib. 1.

Sicuti e conuerso, quando actus debet fieri cum aliqua legis solemnitate, talis solemnitas formam importat, l. obligari. §. tutor. ff. de auctorit. & consensu tutor. cap. cum dilecta, 22. de rescriptis, vbi Felinus num. 6. vers. Tertium signum. Mexia ad legem Tolet. 2. part. fundamentum 12. num. 1. & seqq. Beccius consil. 12. num. 26. Zephalus consil. 171. num. 11. Valençuela vbi proximè num. 38. vbi a num. 37. latè prosequitur, quod aliter actus gestus forma, aut solemnitate ommissa, sit nullus ipso iure. Castillo controuer. lib. 3. cap. 149. num. 26. & seqq. González gloss. 18. num. 76. cum seqq. Ecolbar de ratiociniis, cap. 11. num. 19. Gratianus disceptation. 853. num. 28. tom. 5. & forma ad eò ad vnguem seruari debet, vt nihil addi, vel detrahi potest absque actus corruptione, l. 1. §. opus vniuersum, ff. de noui operis num. Sebastianus de Medicis regul. 7. ampliat. 4. pag. 289. Nouarius quest. forensium, lib. 1. §. 71. num. 2. & quest. 56. num. 1. vbi quod nec in melius aliquid de forma mutari potest.

Aliis etiam mediis subscriptionem commisionis in prima instantia esse formam substantialem, & annullatiuam ea ommissa; probatur infra hac ²⁹ ³⁰ ³¹

Licet etiam hoc casu dato pro & contrario urgebat, quod quando subscriptio manu propria requiritur ad euindandum damnum tertij, & ad eius interesse & præiudicium (vt hoc in casu de quo agimus) non sufficit scriptura propria manu absque ipsa subscriptione, vt ex alijs præfactam limitationem sublimitant citati & sequuti à Hieron. González. d. gloss. 60. a num. 39.

Similem text. huic cap. causa omnes, & reperio in Audent. ne decurio, aut cohortalis perducatur in ius, & alias constitution. Iustinian. 151. in hæc verba: *Suggestionibus per Epistolam glorie tue facta est, que dicit: non ex usu esse vt Decuriones, aut cohortales, cum publico prætorè, cum ipsis iure agendum est, ad diuersa iudicia, vel ad hanc Almam perducantur urbem, vel in alias mittantur prouincias. Sæpernumero autem sacras nostras preberit inustiones, que id velle, &c. Si tamen necessitas incedat, vt huiusmodi aliquid agatur, nulli nostrorum Magistratum, excepto Thonorio, concedimus, vt Cohortales*

lem, aut Decurionem ad hanc Almam urbem iudicij causa perducatur: nisi sacra aliqua interueniat iustitia, que expressis verbis id præcipiat: quam ipsam conuenit ut excellencia tua perdisceat, nec circa decretum tuum ipse hic in ius perducatur, cum ita fieri, id expediat publico; ne si ex his locis vbi publicas tractant penurias, abstrahantur; hanc ansam arripiant nocummentum inferendi contra Rempublicam; que igitur nobis placuerunt, & per hanc nostram præmaticam declarantur formam, ea studeo Excellencia tua effectui & fini tradere, &c.

Hinc est, quod cum hæc forma sit substantialis rescripti auocatoriij & in prima instantia noniter requisita à præfato Decreto 20. Tridentini, ita vt aliter non valeat rescriptum; nec admittatur in præiudicium ordinariæ iurisdictionis, & partium litigantium; nisi sit nempe subscriptum de propria manu Sanctissimi; ab eadem forma recedendum non est, etiam si alijs legitimè expeditum dicatur rescriptum, & quia forma non potest per aequipollens adimpleti, ³³ Gloss. verb. transiitantes in cap. cum dilecta, de rescriptis. Tiraquellus de retract. Linagier. §. 1. glo. 21. num. 11. versic. Hac, & §. 36. glossa. num. 58. & in tractat. de legibus conuivialibus, gloss. 6. num. 26. & gloss. 7. num. 188. Olaficus decis. Pedemontana 163. num. 4. cum seqq. Alderanus Mascardus de generali statuto interpret. conclus. 9. n. 62. Barbola axiom. 100. n. 5. maxime quando dispositio non considerat effectum, & vt hoc Decretum Tridentini, quod ³⁴ respexit dumtaxat inconueniens in principio, & origine anotationis existens. Decius in cap. de appellacionibus, a n. 5. & seqq. de appellacionibus, Zephalus consil. 35. n. 46. lib. 1. Menochius consil. 131. num. 15. Olaficus decis. Pedemontan. 92. num. 15. Cardinal. Tuschus littera L. conclus. 414. num. 38. Barbola vbi proximè, & ampliat numeris seqq.

Et enim forma continet solemnitatem actus, vt probant Doctores. Felinus in cap. cum dilecta, n. 26. vers. Quoniam, de rescriptis. Zephalus consil. 172. num. 11. tom. 2. Valençuela Velasquez consil. 177. num. 60. tom. 2. Ioannes Franciscus de Ponte consil. 75. lib. 1.

Sicuti e conuerso, quando actus debet fieri cum aliqua legis solemnitate, talis solemnitas formam importat, l. obligari. §. tutor. ff. de auctorit. & consensu tutor. cap. cum dilecta, 22. de rescriptis, vbi Felinus num. 6. vers. Tertium signum. Mexia ad legem Tolet. 2. part. fundamentum 12. num. 1. & seqq. Beccius consil. 12. num. 26. Zephalus consil. 171. num. 11. Valençuela vbi proximè num. 38. vbi a num. 37. latè prosequitur, quod aliter actus gestus forma, aut solemnitate ommissa, sit nullus ipso iure. Castillo controuer. lib. 3. cap. 149. num. 26. & seqq. González gloss. 18. num. 76. cum seqq. Ecolbar de ratiociniis, cap. 11. num. 19. Gratianus disceptation. 853. num. 28. tom. 5. & forma ad eò ad vnguem seruari debet, vt nihil addi, vel detrahi potest absque actus corruptione, l. 1. §. opus vniuersum, ff. de noui operis num. Sebastianus de Medicis regul. 7. ampliat. 4. pag. 289. Nouarius quest. forensium, lib. 1. §. 71. num. 2. & quest. 56. num. 1. vbi quod nec in melius aliquid de forma mutari potest.

Aliis etiam mediis subscriptionem commisionis in prima instantia esse formam substantialem, & annullatiuam ea ommissa; probatur infra hac ²⁹ ³⁰ ³¹

2. part. cap. 17. a num. 26. & seqq. atque omnia inde sequuta, & derivatiua pariter esse nulla, abundè constat hæc 2. part. cap. 26. a num. 25. prout monitoriales, compulsoriales, remissoriales, inhibitiones, sicuti procedentes à radice infecta, copiosè infra hac 2. part. cap. 26. a num. 25. cum multis seqq. inde etiam deficiente subscriptione in commisione sententia nulla est, infra cap. 17. a n. 31. item etiam executoriales emanate, infra cap. 20. a n. 73. & seqq. & per totum caput, & tandem totus processus gestus à iudice ex commisione non subscripta nullitatis vitio subicitur, infra cap. 31. n. 4. id ipsum nullitatis vitium etiam operatur, quando commissio subscripta fuit, sed postmodum resoluta ex aliquo accidenti superueniente, vt eius viciate procedere nequeat Delegatus, absque noua alia pariter subscripta commisione, cum subscriptio sit qualitas commisionem informans, huic accessoria, que simul resoluitur commisione resoluta, abundè cap. 12. a n. 45. cum seqq. & per totum caput, & de alijs plurimis effectibus ortis ex defectu huius formæ subscriptionis passim videbis per discursum totius huius 2. part.

Et cum hæc auocatio causarum ab Ordinariis non sit facienda nisi ex urgente rationabilique causa, cuius cognitio sibi ipsi reseruauerit specialiter Summus ipse Pontifex ex dicto Concilij Decreto; nemo alius in ea se potest intrinsecare, Afflicis qua sum Regalia, verbo, & committentium, num. 18. & 46. Farinacius quest. 118. §. 4. num. 4. Marius Giurba consil. 49. num. 6. & multa concludunt, que in proposito diximus hoc tract. 1. part. c. 14. per totum, & maxime à num. 33. cum seqq. vers. Ex hac Regalia etiam prouenit.

Et enim, vt superius diximus à num. 16. quando dispositio est personalissima, & quia respicit propriam personam Papæ, non potest actus valide fieri per alium, quantumuis etiam habentem vices, & auctoritatem Sedis Apostolicæ, & sub eius appellatione veniat; provt Legatus à lacere, vt per Glossam in Clement. Auditor, verbo, deputatus, de rescriptis, sequuntur communiter ibidem per Canonistas, & signanter Imola num. 19. & per text. in cap. si Abbatem, de electione, lib. 6. determinauit Rota in causa Cauriensis beneficiorum, 2. Iunij 1610. coram D. Penna, quam ad litteram refert Nicolaus Garcia de beneficiis, §. part. cap. 3. sub num. 16. versic. Sed ab hac decisione, qua etiam dictum ³⁷ fuit & quod quando natura verbi in dispositione appositæ denotat personalitatem, non egreditur personam, per cap. si gratiosè, cum ibi notatis, de rescriptis, lib. 6. & determinauit Rota in causa Leodoensis, beneficij 3. Iunij 1608. coram Domino Obrembergo, quæ reueneretur in eadem decisione Cauriensis.

Et quia nomen proprium non est alteri communicabile, & ex l. Celsus. §. quod alienius, ff. de legat. 2. Alexand. post Bart. in l. licet Imperator. ff. de legat. 1. Doctores in l. in ratione. §. quod vulgo, ff. ad leg. Falcidiam. & in Leg. si plures, in fin. ff. de Legatis. 3. cum alijs per Tiraquell. de priuilegio pie cause, 26. Peregrinus de fidei commissis, art. 16. num. 59. Gratianus disceptacionibus forens. tom. 1. cap. 104. n. 46. Giurba decis. 32. num. 12.

Atque insuper in specie hanc personalitatem in subscriptione Papæ probat eleganter

Gomezius super regula de non iudicando iuxta formam supplicationis; in quest. 16. in comprehendio vniuersaque signatura, versic. Solutio dici potest, in hæc: *Et quia in supplicatione verus scribendæ actus attenditur; quia vt talis verus, & non representatiuus homo scribit; ideo nomine vero vitur; in Bullis vero quia Papa non scribit, nec manu suam vt ipse apponit; sed per officiales expeditur; in illis officij sub nomine, id est, Papatus ponitur. Pro ista distinctione facit notabile dictum Bonifacij de Vitalibus Rota Auditoris in Clementina 1. 4. colum. num. 48. de probationibus; vbi dicit, quod quando Papa organo suo vocis loquitur, & tangunt prima persona loqui videtur; quia ipse ⁴⁰ per se scribere, & loqui, sunt alius personalitatem denotantes, &c. sequitur & facit paulò post: *Sic igitur dicendum est, & quod quando ipse ⁴¹ manu sua supplicationem signat, ideo nomen suum proprium apponit, & priuatum, quia manu sua scribendo, actum priuati hominis, personalem instrum. denotans, facit, propterea bene nomen impostum persona sue conuenit. Sed in Bullis, quia ista de se se non facit, sed representatiuus, secundum presumpcionem formam suam, ideo in illis dignitatis nomen apponitur, &c. quæ quidem doctrina mirabilis est ad propostitum, vt videtis.**

Quare cum Rex Catholicus acerrimus sit Concilij Tridentini, protector, & vt latius hæc ⁴² 2. part. cap. 1. & seqq. sæpe diximus; non patitur exequi litteras impetratas in prima instantia contra formam substantialem, & indiuiduam Concilij prædicti; sed Senatus quotidiè causam remittit Ordinario, vt pars ius suum moueat coram Ordinario siue retentis litteris, vel simul relaxatis iuxta distinctionem iuridicam abundè comprobata, de qua infra hac 2. part. cap. 26. cap. 26. per totum, provt praxis communis, & incommutabilis ius Supremi Concilij Regij, obseruat, & hoc ipsum etiam in Romana Curia præ oculis habetur, vt contra ⁴³ Concilij Tridentini. Decretum, & formam minimè expeditantur hæc litteræ propter hunc recursum vitandum, sicut testatur Marquetanus in tractat. de commissionibus nullitatis signator. 2. part. §. 2. num. 19. tom. 3. in hæc: *Et in prima instantia maxime in signatura S. D. N. passim conceditur in Rota, præcipuè in Regno vniuersaque Siciliæ propter Monarchiam (vt asseritur) nunc autem, quando sumus in prima instantia, & petitur causa in Rota committi, requiritur appositio manus Papæ respectu dispositionis Concilij Trid. sess. 24. cap. 20. causa omnes, de reformat. vbi, &c.*

Aduertendum tamen est, quod hæc subscriptio propria manu Sanctissimi & non videtur ⁴⁴ necessaria apponi in ipsis litteris, & rescriptis auocatorijs in prima instantia; sed sufficit quod in supplicatione per partem facta ius Sanctitati apponatur, vt in linguam Franciscus Leo in Thefauro fori Ecclesiast. 2. part. cap. 1. num. 37. Barbola in tract. de potest. Episcop. tom. 2. alleg. 81. num. 10. Piaqueus in prax. Episcop. 2. part. c. 4. num. 3. in princip. Aloyfius Roccus in praxi Archiepiscop. Neapol. 4. p. decis. 177. num. 7. Ioannes Marie Nouarius in noui iuris Pontificij, præf. concl. cap. de causis, prima instantia, concl. 1. n. 54. n. 7. fol. 141. dum omnes vno hoc modo loquendi vtuntur: *Quas Papa arbitrio suo supplicatione manu propria signata expressè ad se auocauerit, qui nulimodo loquantur de subscriptione*

hac faciendā in commissionibus ipsis, sed in supplicatione. Moti tamen ex declarationibus S. Congregat. statim citandis, quibus an sit danda fides dum authenticæ non monstrantur, latius examinatur infra cap. 30. §. 5. per totum.

Et in terminis (licet nullum ex his Doctoribus alleget) tenet Narbona in l. 59. gloss. 1. num. 204. lib. 2. tom. 3. Recopil. ubi has facit Congregation. Cardinal. declarationes ad litteram refert in hæc: An causarum auocationes valide sint, si Breuia Apostolica, quæ transmittuntur manu propria Pontificis subscripta non sint? Congregatio censuit, esse validam, cum sufficiat, ipsas supplicationes, super quibus Breuia conscribuntur, manu Pontificis esse signatas, & iterum ibi in hæc: An causarum auocationes commissionibusque minus valide, aut contra Decretum Concilij cap. 20. session. 24. iudicari debeant, ex eo, quod Breuia Apostolica, quæ ad partes transmittuntur, manu propria Pontificis subscripta non sint, an verò sufficiat, ipsas supplicationes, commissiones, super quibus Breuia conscribuntur manu Pape signatas, & subscriptas esse? Congregatio censuit, satisfactum esse Decreto, si ipsa supplicatio, & commissio, super qua Breue fabricatur, manu Sanctitatis sue subscripta sit, &c. Nota quæ super hoc abunde, & subtiliter considerauimus hac 2. part. cap. 30. §. 2. à num. 8. usque ad finem.

Sed supposito quod in Senatu ex ipsa commissione, & rescripto auocatio non constat de subscriptione propriæ manus Sanctissimi; quomodo aliter de ea docere debet impetrans, vt euitet remissionem cause per Senatum Ordinario faciendam, ne Concilij Tridentini dispositio violetur; abunde de hoc aliisque similibus difficultatibus valde illustrantibus, & enucleantibus materiam subscriptionis (de qua in hoc cap.) tractauimus inferius hac 2. part. cap. 30. cum quinque §. §. quæ omnia hic, & ibi dicta circa supplicationem subscriptam comprobantur & exhibentur in Senatu, procedunt data authentica fide, & vera ac reali existentia harum duarum declarationum, de quibus à num. 44. at verò dum Senatus Regius de earum fide dubius est, & non sufficere supplicationis subscriptionem, sed debere eandem omnino interuenire in ipso rescripto contendit; in hærens verbis disertis, & claris Concilij Trident. in dist. cap. cause omnes, vt latius scripsimus, & annotauimus infra cap. 30. §. 5. per totum, idcirco, quæ hoc cap. & dist. cap. 30. cum suis §. §. diximus de supplicatione subscribenda, comprobantur, & exhibentur in Senatu, intelligenda sunt de ipsomet rescripto, per cuius subscriptionem tantum satisfactio dispositioni Trident. & ad illius subscriptionem erunt cuncta applicanda, & reducenda iuxta tenorem, & formam Tridentini.

S. VNICVS.

An litteræ annulo Piscatoris munitæ eandem vim habere dicantur, ac si propria manu Sanctissimi fuissent subscriptæ?

SVMMARIVM.

- Litteræ annulo Piscatoris munitæ habere vim subscriptionis propria manu Sanctissimi declarant Gregor. XIII. num. 1.
- Verba motus proprii Gregorij XIII. quo disponitur per annulum Piscatoris satisfieri forma subscriptionis à Trident. petita reuocentur, num. 2. & num. 1.
- Commissio de iure communi legitime probatur per solum sigillum delegatis, num. 4.
- Licet ab alio sit commissio scripta, & tantum cum sigillo delegantis probatur, ibid.
- Sigilli appositio aequaliter probat, ac si commissio fuisset scripta propria manu delegantis, n. 5.
- Gregoriana constitutio tanquam restrictiua Decreti Conciliaris ultra casum Breuium Cameralium, de quo loquitur, ad alias commissiones, & litteras trahi nequit, num. 6.
- Motus proprius Gregorij XIII. in Hispania nunquam fuit receptus; imò ab eo humiliter supplicatum est plurimis rationibus consideratis, à num. 7.
- Commissiones annulo Piscatoris munitas non committit ipse Pape, sed alij Prelati ad id deputati supplicationes subscribunt, num. 8.
- Commissiones plurimæ simul iam expeditæ, & confectæ ab officialibus adportantur ad Sanctissimum, coram quo cum annulo custoditæ litteræ ipsæ sigillantur, num. 9.
- Pape vix potest habere notitiam eorum, quæ continentur in commissionibus annulo munitis, tam ob multitudinem earum, quam continuas, & graues occupationes, num. 10.
- Sigilli appositio nihil operatur quando apponens non est certus, & conscius de tenore, & contentis in scriptura sigillata, num. 11.
- Pape cum nec expedierit, nec notitiam habet de tenore litterarum annulo munitendarum facillimè auari potest intentioni Trident. num. 12.
- Subscriptio manu propria Pape non tollit obsecrationem, & suspensionem fraudis, num. 13.
- Pape multitudine negotiorum impeditus, nec presumitur, nec potest expeditorum habere memoriam, num. 14.
- Obliuionem in Papa propter multitudinem negotiorum, etiam in expeditis soliti presumij pluries decidit Rota, num. 15.
- Senatus non admittit litteras annulo Piscatoris munitas auocatorias in prima instantia, cum ex eo non sit satisfactum formæ, & intentioni Trident. num. 16.
- De pluribus dubiis, ampliacionibus, & limitacionibus attingentibus commissiones subscriptas, vel subscribendas propria manu Sanctissimi, n. 17. remissiuè.
- Subscriptio ubi requiritur, & sigillum eandem vim, & probationem parè inducunt, & pari passu ambulant de iure, num. 18.
- Subscriptio, quando requiritur in alia pro forma, non suppletur per sigilli appositionem, num. 19. & seqq.

Sigillum

- Sigillum, & annulum Piscatoris idem, num. 20.
- Probatio per instrumentum, & per testes aequalè fidem regulariter facit, num. 22.
- Scripturam ad probationem actus ubi lex requirit pro forma, nihil predesti probatio per testes solos, num. 22.
- Causa requiritur scripturam ad probationem quales, num. 23. remissiuè.
- Litteræ patentes ubi ad probationem specialiter pro forma requiruntur, non sufficiunt Breuia sub annulo Piscatoris clausa, licet alias aequalè vim habeant, num. 24.
- Subscriptio proprie manus Sanctissimi specialiter destinata est à Trident. ad commissionis auocatoria in prima instantia probationem, quo casu solum sigillum non sufficit, num. 25.
- Subscriptio propria manu ubi requiritur ad solemnitatem, aut remouendam suspensionem non suppletur per sigillum, num. 26.
- Sigillum non supplet subscriptionem, quæ requiritur pro forma, num. 27.
- Sigillum bene supplet subscriptionem, quando agitur de probando consensu, non tamen quando ad solemnitatem actus subscriptionem requiritur, n. 28.
- Sigillum supplet defectum subscriptionis, ubi agitur de solo preiudicio sigillanti; non tamen tertij, quia tunc non admittitur probatio priuilegiata, num. 29.
- Subscriptio si non requiritur pro forma suppletur per subscriptionem, num. 30.
- Actus quando requirit causa cognitionem, simplex sigilli appositio commissionem non probat, n. 31.
- Concil. Trident. requirit in commissione prima instantia iusta, & argenti causa ex amen ultra subscriptionem, quo casu cessat æqualitas inter sigillum, & subscriptionem, num. 32.
- Ponderatur participium (propria) quo videtur Trident. exclusivum manus alienæ, num. 33.
- Princeps non videns nec perlegens id quod sigillat, sigillum fidem nullam facit, num. 34.
- Princeps non censetur confirmare, quod postea scribitur in papryo alio à se antea sigillato, n. 35.
- In quo Innocentius sibi contrarius, & communiter reprobatu notatur, num. 36.
- Annulum Piscatoris non supplet defectum subscriptionis, cum etiam non probet quando scriptura tenor ignoratur à Domino sigilli, num. 37.
- Subscribens in scheda vacua sibi non preiudicat, eo quod non videt, nec legit postea scripta, n. 38. & num. 39.
- Quod procedit, siue in subscriptione scheda vacua, siue in ea sigillanda ex identitate rationis, num. 40.
- Summus Pontifex tunc occupationibus detentus non presumitur tenorem singularum commissionum, quæ coram se annulo Piscatoris muniuntur, scire, num. 41.
- De pluribus difficultatibus tangentibus subscriptionem commissionis in prima instantia, à quibus subscriptio fiat, quomodo subscriptio in Senatu probetur, an per exemplum supplicationis subscriptæ, an per relationem Iudicis Delegati, aut Notarij, & de alijs similibus singularibus vide remissiuè, num. 42.
- Senatus non admittit litteras auocatorias in prima instantia, nisi propria manu Sanctissimi sint subscriptæ, non autem per equipollens, cum firmiter sit seruanda forma Trident. num. 43.



latè deductis in hoc cap. in 4. exceptione per totam à num. 14. conuenerit solet in hoc Supremo Consilio Regio, an Breuia Apostolica annulo Piscatoris munita habeant eandem vim, ac si propria manu Sanctissimi fuissent subscripta, ad effectum auocandi causas ab Ordinariis in prima instantia, ita vt ex eo satisfactum dicatur formæ Decreti Concilij Tridentini. & in dist. cap. cause omnes, in quo affirmatiuè, & expresse declarauit Summus Pontifex Gregorius XIII. super executione litterarum in forma Breuis, prout ad litteram adducit Paulus à Piatequio in praxi Episcopali. 2. part. cap. 4. sub num. 3. & habetur inter diuersas constitutiones, pag. 701. & in Bullario recent. part. 2. fol. 1220. cuius etiam meminit Hieronymus Gonzalez in regul. 8. Chancel. glossa 52. ex n. 36. Garcia de beneficijs, tom. 1. p. 6. cap. 3. à num. 7. Matchefan. de commissionibus, part. 2. cap. 1. de commission. appellation. extra Romam Curiam, cap. 6. num. 42. fol. 73.

Qui motus proprius incipit, ad Romani Pontificis prouidentiam; & ante medium sic facit; & exequi per diuersas suas in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris confectas litteras mandat, &c. & paulò post ibi: Nulla, & inualida, nullisq; roboris, vel momenti esse, nec attendi debere, contentum sub pratextu, quod in Decreto Concilij Tridentini, ses. 24. cap. 20. dispositum fuerit, quod causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint in prima instantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoscantur, exceptis iis, quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem predictam sunt tractandæ, vel quæ ex urgenti rationabilique causa iudicauerit Summus Romanus Pontifex per speciale rescriptum signaturæ sue eius manu propria subscribendam committere, aut auocare. Et inferius, ibi: Litteræ quoque in forma Breuis annulo Piscatoris munitæ, & non minoris sunt efficacie, quam rescripta signaturæ Romani Pontificis eius manu propria subscripta, &c. Quæ quidem constitutio bene declarat & expresse etiam hanc æqualitatem inter subscriptionem propria manu Sanctissimi, & munita annuli Piscatoris; ex hoc motu proprio Gregorij XIII. annotat licet obitet Nicolaus Garcia de beneficio, sub dist. num. 6.

Quæ & conformis videtur iuri communi, ex quo Delegatio seu commissio rectè probatur per sigillum delegantis, id est, quando delegatio facta est per aliquam scripturam, quæ sit scripta manu alterius, & in ea scriptura reperitur, & est affixum sigillum illius, qui delegare potest, nam tunc licet non appareat, scriptam esse manu illius, qui habet potestatem delegandi; tamen per illum solum suum sigillum probatur delegatio. Ita tradit Angelus in l. consentaneum, prope finem, C. quomodo & quando iudex. & docuerunt Doctores & Innoc. in c. quoniam contra de probat. quos refert & sequitur Matfil. in rubr. C. de probat. n. 33. vers. Et ideo Angelus.

Et ideo appositio sigilli eandem vim habet & æqualiter probat, ac si commissio fuisset subscripta propria manu committentis, vt ad id ipsum obseruauit, & multa congeffit Matfil. in dicta rubrica, de probat. num. 320. vers. His expeditis, quem refert Mascardus de probat. conclus. 492. num. 2.